

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johannes Assuerus Ampzing

**Programma In Festo Paschatos Et Resurrectionis A Mortuis Veri Messiae Domini
Nostri Jesu Christi**

Rostochi[i]: Pedanus, 1627

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734595735>

Druck Freier  Zugang



R U. Progr 1627

1) Progr. Paschale

2) " in praelacione legum

3) " a convivio nationalibus revoca

A. E. 1877
BVR.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn734595735/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734595735/phys_0002)

DFG

PROGRAMMA
IN FESTO PASCHATOS
ET RESURRECTIONIS
A MORTUIS.

VERI

M E S S I Æ
DOMINI NOSTRI
JESU CHRISTI.



ROSTOCHI
Literis JOACHIMI PEDANI,
ANNO M. DC. XXVII.

RECTOR
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS
JOANNES ASSVERUS,
Ampsingas Transsilvanus Med. D. ac Prof.



Natali Domini elegiram mibi pro
Thematè explicandum locum Esaie cap. 9.
versu 6. Quia puer natus est nobis, fi-
lius datus est nobis. Et constitutus est
Principatus super humerum ejus: Et vo-
cabitur nomen ejus Admirabilis: Consilia-
rius: Deus fortis: Pater seculi: Princeps:
pacis. Cujus loci partem priorem pro mo-
dulo meo enarrabam, Et consolationem
in deinceps pro qua dupliciti Christia-
norum Lucta. Restant Christi Domini nostri Epitheta, quibus cum
Prophetæ insinuit, ad officium ejus declarandum. que nunc, adjuvante
Deo, percurram, Et ex illis etiam aliquid doctrinæ, redargutionis, insti-
tutionis, correctionis Et consolationis venabor.

Primum Servatoris nostri Epitheton à Prophetæ ponitur. A D-
MIRABILIS. Hoc cum de persona tum de officio ejus prædicatur.
Hominem sine virili semine, de virginе nasci, Et qvidem ante Et post
partum virgine, Nasci hominem, qui in una persona Deus Et homo sit,
res est revera admirabilis Et humano ingenio impervigilabilis, Verbum
Caro factum est, Et canente Ecclesia Deus homo factus est, puer admi-
rabilis vultu delectabilis, in humanitate, qui inestimabilis est Et ineffa-
bilis in Divinitate. O mysterium verè magnum! Deus conspicuus factus
est in carne, iustificatus est in Spiritu, confessus est ab angelis, prædicat-
us est gentibus, fides illi habita est in mundo, sursum receptus est in glo-
riam, 1. Tunc, 3, 16. eadē dicente Petro, 1. Pet. 1, 12. annuntiata sunt no-
bis, in qua desiderant ipsi etiam angeli introspicere. Quapropter sue-
cincti lumbis mentis nostra SO-BR II integrè speremus in eam, que ad
nos defertur gratiam, in patefactione Jesu Christi.

O admirabilem! in quod conficiendam sese exhibuit admirabilis
Dei iustitia, cui satis fieri non potuit nisi per mortem filij Dei. Tanta

GRAT.

erat peccati atrocitas ut redimi non possemus nisi sanguine filii Dei, i. *Ioā.*
an. 1, 7. Hunc agnum mactari oportebat, ut tolleret peccata mundi,
Joā. 1, 34. 35. 36. Hunc vulnerari propter iniquitates nostras, & tertiū
propter scelerā nostra, hunc veluti ovē ad mactationem duci, in hunc ponē
iniquitatem omnium nostrum; hunc langores nostros ferre & dolores
nostros portare oportebat, *Esa.* 53. Hunc sicut Moses exaltaverat serpen-
tem in deserto, in cruce agi & sublimem tolli necesse erat, ut omnis qui
credit in eum non pereat sed habeat vitam aeternam, *Joā.* 3. Natus
virgine paupercula, in stabulo Betlehemico, inter boves & asinos, ab He-
rode quasi in inter Betlehemicos infantes, in Egyptum fugiens, per
omnem vitam Iudeorum insidias agitatus, quadraginta dierum jeju-
nium perpeccus, a diabolo tentatus, a Iuda proditus, coram Anna, Caipha,
Herode, Pilato illusus, confutus, flagellatus, vestibus spoliatus, chlamyde
armictus, spinis coronatus, arundine percussus, arundineo, sceptro ins-
gnitus, capitis damnatus, crucem ipse suam bajulans, cruci clavis affi-
xus, in cruce levatus, felle & acero potatus, lancea vulneratus, quid pro
te passus sit cogita o fideli anima! tum illud imprimis quod in barto
ex sensu ira divine sanguinem fuderit qui stillatim in terram fluxit, & in
cruce alta voce clamaverit, Deus meus, ut quid dereliquisti me?

O admirabilem! in quo spectandam sese obtulit Philantropia Dei
& dilectio, quā sic mundum dilexit ut daret filium suum unigenitum, ut
omnis qui credit in eum non pereat sed habeat vitam aeternam, *Joā.* 3.
Edifferit hanc Dei charitatem luculenter Paulus, *Rom.* 5. v. 6. 7. 8. 9. 10.
Quem locum moneo ut legant Studiosi, totum describere non patitur
chartae briuis angustia. Augustinum citabo, qui lib. de diligendo Deo. Deo
mine Iesu Christe, inquit, magna, multa, & innumerabilia sunt quae mihi
contulisti beneficia, pro quibus mihi semper diligendus, & semper es fau-
dandus. Unum autem est quod me plus omnibus accedit, urget, moveret
& promovet, ad te diligendum. Super omnia, inquam, amabilem te
mihi reddit, o bone Iesu, ignominiosissima & amaramors, quam susti-
nuisti, opus redempcionis nostræ. Hor solum vel hoc omnino totam vi-
tam nostram, totum laborem nostrum, totum obsequium nostrum, amo-
rem deniq; nostrum facile sibi vendicat, totum hoc, inquam, est quod de-
votionem nostram & excitat melius, & querit suavium, & auget amplius.
Multum quippe in hoc opere laborabat auctor mundi, nec in omni fabri-
ca mundi tantam fatigacionem suscepit. De mundo enim & de his
que in mundo sunt dixit & facta sunt, mandavit & creata sunt; at ve-

rō pro reparatione generis humani, magnos multos & diuturnos sustinuerat labores & dolores. Ecce quo modo nos dilexit, qui nulla sui necessitate, sed sola charitate tam dira & indigna sustinuit. Merito ergo dixerimus hoc unum omnibus alijs praestare beneficijs. Quippe cum magnum sit aliquid sua gratis alicui conferre: multo maior est semetipsum impendere. Et cum magne charitatis sit animam pro amicis ponere: multo majoris charitatis est indicium, pro inimicis ponere, quod filius Dei pro nobis fecit. Nam cum inimici essemus Deo reconciliati sumus, per mortem filij ejus. Vix autem pro justo quis moritur: ipse autem pro impijs est mortuus, justus pro inquisitis, ut nos offerret Deo, exult a cœlis factus, ut nos reportaret ad cœlos. O quam ineffabilis charitas! quam ineffabilis dulcedo charitatis, quam stupenda dignatio fuit, Deum pro homine hominem fieri, Deum pro homine carne mori, tentatum per omnia proficititudine absq; peccato, Ecce cum quanto pretio, quanto labore redimebatur homo, qui Diabolo jure debebatur: qui si non redimeretur: sine dubio eternaliter cum Diabolo damnaretur. A quanobdam damnatione afferuit ille, qui est Jesus benedictus in secula, Amen. Hattenus Augustinus.

Sequitur alterum Epitheton, CONSILIARIUS. Dicitur Christus: Patris sapientia, I. Cor. I, 24. idem nobis à Deo factus est sapientia, I. Cor. I, 30. A Joanne appellatur ὁ λόγος & verbum vel Sermo ille eternus, qui in initio erat, & per quem omnia facta sunt. Hoc in loco vocatur Consiliarius, Et cap. II, 2. Requiescit super eum Spiritus Domini, spiritus sapientiae & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiae & pietatis, replebit eum spiritus timoris Domini. Propheta Zacharias etiam ipsi tribuit consilium pacis inter utrosq; Zach. 6, 13. Ephes. 2, 14.

Tribuitur autem Deo Consilium, ut intelligamus nihil ab eo fieri temere, itaq; ne consilia ejus ad examen vocemus, sed in ijs simpliciter acquiescamus, Esa. 40, 13, Rom. II, 34. Deinde ut sciamus Dei consilia stabilia esse & immutabilia, Esa. 46, 10. Heb. 6, 17. Gloria Dei est finis ultimus rerum omnia. Constituit Deus aeterno voluntatis sue consilio & proposito, glorificari non ab angelis solum sed & ab hominibus. Ideo tandem & Hominem creavit, Creavit autem eum ad vitam: sed per peccatum factus est morti obnoxius. Ibi Deus hominis misericordia, eum, recepit in gratiam pepigit, cum eo fædus promisit, Semen mulieris quod contereret caput Serpentis, Gen. 3. Illa promissio fuit universalis duravitq; in posteris. Adæ usq; ad Diluvium. Etsi enim Cain cum posteris ab;

ab illo fædere exciderit: non potuit tamen ipsorum infidelitas Dei veritatem irritam reddere. Post diluvium Deus fædus suum cum Noah redintegravit, à quo licet iterum Cham cum posteris suis desiverit, manerunt tamen in Dei fædere alij Noe posteri, v. g. Sem, Japhet, Abram, Isaac, Jacob, Judas, Phares & reliqui quos Evangelista continua serie enumerat ad Christum usq;. Matth. i. Illud aeternum Dei fædus Dialolus nunquam potuit interrumpere, & quæ Dei misericordia fuit, ipsis etiam gentibus, quas dixi deservisse & excidisse a Dei fædere, patuit subinde redditus ad Dei fædus unde exciderant: quos Profelytos Iudei appellabant, donec tandem Deus tempore completo per Christum seu in Christo Genes ad fædus suum revocaret vocatione universali, missis Apostolis in universum terrarum orbem, ut, sublato pariete intergerino seu intermedio, ab universis caleretur & glorificaretur, hic & in aeterna secula, juxta Propositum & Consilium voluntatis sue, quod fuerat inde ab aeterno ante jaeta mundi fundamenta. Quod eisdem Dei Propositum & Consilium Paulus celebrat cum alibi tum vero Rom. 8, 28. & Ephes. 1, 11. Vide etiam Joan. 10, 16. & Ephes. 2, v. 13, 14, 15, 16, 17, 18.

Est autem necesse loci Paulini, Rom 8, 28 argumentum de aeterno Dei consilio recte intelligere. Postquam Paulus cap. 3, v. 21. aufficatus seu exorsus esset Doctrinam Justificationis, eamq; in sequentibus pertinxisset ac in fine capituli 4. conclusisset: Incepit tandem cap. 5. Effecta Justificationis percensere, Inter quæ quidem Effecta, hanc postremum locum obtinet illa Consolatio quam dicit ab aeterna Dei prædestinatione, cuius vigore statut futurum ut ij qui vocati & justificati ad finem perseveraverint, tandem etiam sint glorificandi. Ut rem in pauca conferamus, hec est major propositio Paulina.

Q[uod]o[m]que Deus præscivit in Vocatione & Justificatione finaliter perseveraturos: hos immutabilis proposito & voluntatis sue consilio prædestinavit tandem glorificandos. Est propositio convertibilis, id est q; summè necessaria, in qua hic est Causarum ordo, Propositum seu Consilium voluntatis Dei, Prescientia, Prædestination, Vocation, Justificatio, Glorificatio.

Quantum ad Minorem attinet; hec relinqvitur in judicio cuiusq;. Homini fidelis seipsum examinantis, explorantis & probantis. Vosipso, inquit, 2. Corinth. 13. vers. 5. tentate, annon sis in fide? Vosipso probare, annon agnoscitis vosmetipso, videlicet Jesum Christum in vobis esse: nisi reprobri estis. Testimonium Spiritus S. intus clamantis. Abba Pater, & subinde suspirantis & seruum respicientia colendaq; sanctimonie studium, facile Minorem constituunt. V. g.

V. g. Atqui Petrum Deus prescivit in Vocatione & Justificatione
finaliter perseveraturum. Nam penitentiam egit, & respuit, & Christum
confessus est, usq; ad mortem. Ita de seque quicq; fidelium assumat,
& sequetur Conclusio.

Ergo Petrum Deus immutabili proposito & voluntatis sua consilio
praedestinavit tandem glorificandum.

Simile argumentum continetur in verbis Christi. Quidquid datus
mibi Pater: ad me veniet, & eum qui venit ad me, non ejiciam foras,
Joan. 9, 37. Et paulo post. Hec est autem voluntas ejus qui misit me Patrem,
ut quicquid mihi dederit, non perdam ex eo, sed suscitem illud in
ultimo illo die. Et cap. 10, 27. 28. 29. Oves mee vocem meam audiunt, & ego
eas agnoscere, & sequuntur me. Et ego vitam eternam do eis, nec peribunt
in eternum, neque rapiet eas quisquam e manu mea, &c. Vide Joan. 17.
per totum.

DEUS FORTIS. Est idem cum superiori, Principatus super humerum ejus, & notatur Christi omnipotentia, qui posuit tueri adjuvare &
servare suos in omni militia Christiana contra carnis cupiditates, contra
mundum, in quo quicquid est, dicente Joanne, Joan. 2, 16. est cupiditas
carnis, & libido oculorum, & fastus vita. tum præterea impiorum &
tyrannorum persecutions, contra Diabolum, imperia & potestates te-
nebrarum harum, deniq; contra terrores conscientiarum, De quibus o-
mnibus dixi in Natale Domini. Oritur hinc fidelibus magna animi con-
fidenzia, quâ insultare possunt omnibus hostibus & inimicis suis Peccato,
Veteri Adamo, voluptatibus omnibus, tyrannie, Diabolo, morti, Inferno,
& tandem STARE in die illo terribili coram Judicio Dei Luc. 21, 36. A-
poc. 6, 17. Psal. 1, 5. Patet hic latus campus exemplorum sanctorum mar-
tyrum, qui in hac militia triumpharunt, Apoc. 2, 7. 19. Vincenti dabo e-
dere ex arbore vite, que est in medio Paradyssi vite. Esto fidelis usq; ad
mortem, & dabo tibi coronam vite. Vide 1. Tim. 1, 18 & 1. Tim. 6, 12. &
2. Tim. 2, 5. deniq; 1. Cor. 9, 24. quibus nunc mihi immorari non licet.
Sequitur

PATER SECULI. Nomen Patris est nomen officij, dulcissima consola-
tionis plenissimum, Dixerit aliquis Credo Christum esse Magnum Deum
& fortem, qui facile conterere hostes suos posset: Ego vero peccator sum,
quid si & adversus me iram suam potentem stringat? Si in Christum ba-
ptizatus es, si Christum induisti per fidem, si Christi amore flagras, si serio
cupis carnem crucifigere cum afflictibus, si regnum peccati in te desirue-
cups;

cupis, si membra tua sifere serva iustitiae ad sanctimoniam serio desideras: jam bono animo es: Et applica tibi omnia illa qua Joan. 6, 10. Et 17. capitibus de ovibus Christi dicuntur.

Dicitur Christus frater noster Psal. 21, 23. Et coheres, Rom. 8, 17. Hoc loco patrius nomen assumit. Quia et affectus maternos erga Ecclesiam gerit, Esa. 49, tum et Galilae se se comparat colligenti pullos suos sub alas, Matt. 23. Et in paulo ante dictis Pastorem bonum et fidelem se vocavit. Quibus accurate consideratis: an quod dubitare possit de ejus benignitate et misericordia erga peccatorem serio respicentem? Dicebat Manasses, Est insufficiens super peccatores, in comminationis tuae, sed addebat, immensa vero et impervigilabilis misericordia promissio tuae. Quoniam tu es Dominus altissimus, super omnem terram longanimes et multum misericors et penitens super malitiam hominum, quod et Ioh. affirmat, Ioh. 2, 13. Et Lutherus Jer. 31, 20. Ist nicht Ephraim mein treuer Sohn, und mein tristes Kind? Den ich dencke noch wol dran, was ich ihm geredt habe. Darum b. bricht mir mein Herz gegen ihm, daß ich mich sein erbarmen muß, spricht der L. Et hoc est Dei et Christi paterna erga nos voluntas, modo et nos voluntari eis obsequiamur, de qua Apostolus. Hec est voluntas Dei, Sanctificatio vestra, 1. Thess. 4, 3. Et 2. Cor. 7, 1. Heb. 12, 14.

Nec vero simpliciter Pater appellatur, sed Pater seculi. Quo docemur Christum non in hoc mundo beare suos fidèles, sed in altero demum seculo. In hoc mundo nulli sunt homines misiores Christianis, dicente Paulo. Si in hac solū vita speramus in Christum, miserrimi omnium hominum sumus, 1. Cor. 15, 19. Ne scio an dominus Christiani Militia satis describi possit. Sicut generatio hominum ita et regenerationem cum maximo dolore coniuncta est; et sunt Christiani varijs afflictionibus obnoxii, id quod nullo alio rectime quam ipso Pauli exemplo demonstrari posse existimo de quo Dominus ipsi dicebat, offendam ipsi quantum ipsum pati oporteat pro nomine meo, Act. 9, 16. Spectaculum, inquit, 1. Cor. 4, facti sumus mundo et angelis et hominibus. Ad hoc usque tempus et esurimus et sitiimus et nudis sumus, et colaphis cedimur, et in certis sedibus erramus et laboramus operantes proprijs manibus. Purgamenta mundi facili surius, ut quod omnium fordes usque adhuc. Longum foret omnia describere, quod ipse de afflictionibus suis, 2. Cor. 6, item 2. Cor. 11. Et alijs compluribus in locis commemorat. Et generalis est sententia, Omnes qui volunt pie vivere in Christo Iesu, persecutionem patientur, 2. Tim. 3, 12. tum et illa, Oportere nos per multas oppressiones ingredi in regnum Dei, Act. 14, 22.


Debent ergo veri Christiani est pulvere huius mundi animum erigere et rote mentis et corporis suum habere in venturo seculo in nobo illo celo quod expectamus, debent vigilare et orare, et noctes atque dies excubias agere, et Dominum suum expectare venturum ad judicium, qui veniet sicut fur in nocte ut in superioribus Intimationibus nostris abunde diximus. Et hoc unum agere cum timore et tremore ut in illo die possint coram Filio hominis STARE. CUM PACE, Luc. 21, 36. Apoc. 6, 17. Et 2. Pet. 3, 14. Mundus conditus, quod exerto collo expectat revelationem filiorum Dei, Rom. 8, 19. quanto magis oportet nos esse sollicitos occupatos in sanctis conversationibus et pietatis officijs EXPECTANTES, Et 2. Pet. 3, 11. Et seq. Phil. 3, 20. Tit. 2, 11, 12, 13. Vocatur quidem dies ille Dies irae, Rom. 2, 4. sed vocatur idem et dies Redemptionis et Revelationis filiorum Dei, Rom. 8, 19. Luc. 21, 28. Eph 4, 30. Nunc quidem filii Dei sumus: sed nondum pates factum est quod erimus 1. Joan. 3, 2. Et oculus non vidit, nec auris audivit, nec in mente hominis venerunt, quod a parvitate Dei quisque ipsum diligunt, 1. Cor. 2, 14.

PRINCEPS PACIS. Quidaritur, quomodo Christus dici possit Princeps pacis, cum ipse neget, & benificere ad dandam pacem? Nam Luke 12. 6. 51. & seq dicit putatis me advenisse pacem daturum? Non, dico vobis: immo dissidium. Erunt enim ex hoc tempore quinque, in una domo dissidentes; tres adversus duos, & duo adversus tres. Dic sibi pater adversus filium, & filius adversus patrem: mater adversus filiam, & filia adversus matrem: sorsus adversus nurum suam, & nurus adversus scruum suum. Docuit certe perpetua experientia, semper ex predicatione Evangelij dissidia exorta sunt, uno Evangelium amplectente, & altero repudiante: id quod non ipse Evangelio acceptum ferri debet, sed malitia eorum quod Evangelio resistunt. Si de mundo fuisset, ait Christus ad discipulos, mundus quod suum erat diligenter. Quia vero de mundo non es sis, sed ego delegi vos de mundo: propterea edidit vos mundus, Joan. 15. 19. Non ergo Christus dicitur Princeps pacis propterea quod suis det pacem in mundo & cum mundo. Pacem relingo vobis, pacem illam meam dabo vobis, Joan. 14. vers. 28. Non prout mundus dat ego do vobis, Joan. 14. vers. 27. sed est longe alia pax, ob quam Christus dicitur Princeps pacis. Quanam vero illa? Nempe pax Conscientie & anima fidelis erga Deum; de qua Paulus, Rom. 5. 1. Justificati igitur fide pacem habemus erga Deum per Dominum nostrum Iesum Christum. Id in sequentibus explicat fuisse cum inquit, Christus pro impiis mortuus est. Et iterum, Cum adhuc essemus peccatores, Christus pro nobis mortuus est. Et paulo post. Si cum inimici essemus reconciliati sumus Deo per mortem filii ejus: multo magis reconciliati servabimur per beatum ipsum.

Idem non minus graphicè docet, 2. Cor. 5. 6. 18. & seqq. Deus reconciliabit nos sibi per Jesum Christum. Item Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, non imputando eis peccata ipsorum. Fecit enim, ut quod non nobis peccatum, provocatis peccatum esset: ut nos efficeremur justitiae Dei in eo. Huius sententia amplitudinem dicente Philippo nec Angelorum nec hominum eloquencia satis exponere potest. De summa, inquit, ut cung commonesci Juniores, ut hoc dictum considerare & amare discant.

Hec, hac illa est pax quam praedicabant Angeli nato in Bethlehem Salvatore, Luc. 1. 14. canentes Gloriam in Excelsum Deo, & in terra Pax hominibus bone voluntatis. Hanc pacem intelligebat Simeon, cum diceret, Nunc dimitte, seruum tuum in Pace: quia biderunt oculi mei Salutare tuum, Luc. 2. 29. Hec illa Pax est, quam Christus postquam resurrexisset a mortuis precatus est discipulis, quando Luc. 24. 36. stetit in medio eorum, & dixit Pax vobis. Hec est illa Pax quae superat omnem intellectum, Phil. 4. 7. Hec inquit illa Pax est, quam in omnibus epistolis suis Paulus precatur Ecclesiis, Hec denique illa Pax est: cum quia dicente Petro, in die extremi Iudicij, poterimus stare coram Filio hominis, 2. Pet. 3. 4. Luce 21. 26. Apoc. 6. 17. Hec Pax semel accepta nunquam deserit hominem Christianum, quam diu militat bonam militiam servans fidem & bonam conscientiam, 1. Tim. 1. 19. quia repudiata sit fidei naufragium.

Stemus ergo in procinto, sternus in excubitis, vigilemus, & expectemus diem illum exerto collo, cum timore & tremore, Phil. 2. 12. nec tristitia afficiamus Spiritum illum Sanctum Dei, per quem ob signati sumus in diem Redemptionis, Ephes. 4. 30. Nobis dictum putemus illud Pauli, Ephes. 5. 4. At vos non es sis in tenebris, ut dies ille vos tangam fur deprebendat. Itaque sufficiemus cum Joanne, & dicenti Domino, Etiam venio citio, Amen. respondeamus ardenti bus votis, Etiam Veni Domine Iesu. Apocal. 22. 20. P. P. sub sigillo Restoratus nostri, ipso die Paschatus, Anno M. DC. XXVII.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn734595735/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734595735/phys_0011)





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn734595735/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734595735/phys_0012)



eupis, si membra tua sistere serva iustitiae ad sanctimoniam /
animo es: Et applica tibi omnia illa quae Joan. 6, 10. Et
Christi dicuntur.

Dicitur Christus frater noster Psal. 21, 23. Et coheres, Rom. 8, sumit. Quia et affectus maternos erga Ecclesiam gerit, Esa. 49. summa-
ligenti pullos suos sub alas, Matt. 23. Et in paulo ante dictio Pastorem
Quibus accurate consideratis: an quis dubitare posset de ejus benignitate
cavorem serio respicentem? Dicebat Manasses, Esse insufficiabilis fa-
tione tua. sed addebat, immensa vero et imperceptibilis misericordia
tu es Dominus altissimus, super omnem terram longanimis et multum
malitiam hominum, quod et Joel. affirmat, Joel 2, 13. Et Lutherus Je-
mein terrorer Sohn/vnd mein trauriges Kind? Dein ich
was ich ihm geredt habe. Darum b-bricht mir mein Lo-
mich sein erbarmen muß/spricht der Herr. Et hoc est D
voluntas, modo et nos voluntati eius obsequiamur, de qua Apostolus.
fatio festa, 1. Thess. 4, 3. Et 2. Cor. 7, 1. Heb. 12, 14.

Nec vero simpliciter Pater appellatur, sed Pater seculi. Quo docem
do beare suos fideles, sed in altero demum seculo. In hoc mundo nullus
Christianus, dicente Paulo, Si in hac solum vita speramus in Christum: misere-
r. Cor. 15, 19. Ne scio an dominus Christiani Militia satis describi posse. Si
generatio cum maximo dolore cuncta est: et sunt Christiani varijs afflita-
tio rectiusq; am ipso. Pauli ex exemplo demonstrari posse existimo de quo L
ipsi q; vanta ipsum pati oporteat pro nomine meo, Act. 9, 16. Spectacula
mundo et angelis et hominibus. Ad hoc usq; tempus et esurimus et
phus cadimur, et in certis sedibus erramus et laboramus operantes pro
mundi facti surus, usq; omnium fordes usq; adhuc. Longum foret omni-
Ezionibus suis, 2. Cor. 6, item 2. Cor. 11. Et alijs compluribus in locis
sententia, Omnes qui volunt pie bibere in Christo Iesu, persecutionem
illa, Oportere nos per multas oppressiones ingredi in regnum Dei, Act.

Debent ergo veri Christiani e pulvere huius mundi animum erig-
babere in venturo seculo in novo illo caelo quod expectamus, debent s-
dies excubias agere, et Dominum suum expectare venturum adjudi-
nocte ut in superioribus Intimationibus nostris abunde diximus, et ha-
tremore ut in illo die possint coram Filio hominis STARE. CUM Pa-
2. Pet. 3, 14. Mundus conditus, quod exerto collo expectat revelationem
to magis oportet nos esse sollicitos occupatosq; in sanctis conversationi
TANTES, &c. e. 2. Pet. 3, 11. Et seq. Phil. 3, 20. Tit. 2, 11, 12, 13. Vocalis
Rom. 2, 4. sed locutur idem et dies Redemptionis & Revelati-
8, 19. Luc. 21, 28. Epib. 4, 30. Nunc quidem filii Dei sumus; sed nondum
1. Joan. 3, 2. Et oculus non vidit, nec auris audivit, nec in mente
Domi ipsi ipsum diligunt, 1. Cor. 2, 9.

iam bono
de quibus

nomen af-
parat col-
se vocavit.
erga pec-
communi-

Qioniam
itens super
Epbraim
ol dran/
/daß ich
na ergano
Dei, Sancti-

n hoc mun-
iores Chri-
stini sumus,
nū ita & re-
q; qd nullo
t, ostendam
faeti sumus
us, et colla-
burgamenta
p/ce affin-
generalis est
, 12, tuin &

Urga sumu
noties atq;
icut fur in-
timore et
spac. 6, 17. Et
2, 8, 19. q; a-
is, EXP EC-
Dies iræ
Dei, Rom.
god erimus
q; parabat
etris.



Patch Reference Chart TE63 Serial No. 00000000000000000000000000000000
Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. 00000000000000000000000000000000

the scale towards document